

Lignum vitæ

Quod multa sint, que virtuti spei plurimum aduer-
santur.

C A P. IIII.

Eccles. 2.

Si cedum præterea, quod multa sunt, quæ
 spei aduersantur, videlicet diffidentia de
 Deo, de qua dicitur. Vt disoloris corde,
 qui non credunt Deo: ideo non prote-
 guntur ab eo. Aduersatur quoque plurimum spei con-
 fidentia, quæ in creaturis ponitur: quæ triplex est, sci-
 licet, præsumptio sui: de qua legitur. Qui confidit in
 corde suo, stultus est: quoniam qui de nihilo factus
 est, in nihilum redigeretur: nisi ab autore suo susten-
 taretur. Ab hostibus insuper suis citò deiiceretur, nisi
 à Deo actualiter sustentaretur. Rursus si boni spiritus
 se à nobis elongauerint, impetum malignorum susti-
 nere quis poterit? Fatuas etiam est de te confidere,
 quæ per se sūfficiat homo bonum cogitare. Non
 enim sumus sufficiētes (ait Apostolus) cogitare ali-
 quid à nobis, quasi ex nobis: sed nec in bono perse-
 rate. Nam citò bonum amittitur, nisi à Deo largien-
 te cultodiatur. Sed paucis verbis qualis ex te homo
 sit, notificat Deus per Osam, dicens: Perditio tua Is-
 rael, tātum modo in me auxilium tuum. Ideo clamet
 homo medullis cordis: dicat quoque voce. Domine
 scio me nunquam posse peruenire ad te, nisi gradien-
 do post te. Sed nec hoc quidem, nisi fuerit adiutus abs-
 te. Preco ergo te, vt trahas me post te: quia reuera-
 beatus homo, cuius est auxilium abs te. Secunda est
 confidentia, quæ ponitur in homine. De hac legitur
 Isaiae xxix. Vt qui descendunt in Aegyptum ad
 auxilium in eis perentes, & habentes fiduciam super
 quadrigis, & non sunt confisi super sanctum Is-
 rael, & Deum non exquirunt: & Hierem. xxi. Malo-
 dictus homo, qui confidit in homine, & dignè.
 Proclivis enim & mutabilis est humana conditio, &
 quocunque intendit, eò vergit, & illud præpoderat.
 Nihil ad virtutum studia, vel ad illecebrosa vitorum
 fugiendas. Vana utique est spes hæc: quia vani filii homi-
 num, mendacisque filii hominum in statere, vt
 decipiāt ipsi de vanitate in id ipsum. Tertia est in
 creaturis spes ponere, quæ est summa fatuitas: scili-
 cert in diuitiis & huiusmodi. De hoc Paulus ait. Di-
 uitibus huius seculi præcipie non sperare in incerto
 diuitiarum, sed in Deo viuo. O amatores, amatores
 mundi, cui tam solliciti militatis maior non poterit
 esse spes vestra in mundo, quam ut amici mundi sitis.
 Vbi quid nisi fragile, plenum periculis: per quæ peri-
 cula perueniret ad maius periculum: Percaet hæc om-
 nia, & dimittamus hac vana & inania. Conferamus
 nos ad illa sola, quæ finem non habent: ponamus spē
 in rebus aeternis. Vita enim hac mors est misérabilis
 & caduca, subitò surripitur: & post hac negligentiæ
 supplicia luenda sunt. Sunt etiam aliqua alia, quæ ei-
 dem virtuti spei aduersantur: scilicet peccati magni-
 tudo, & multitudine: de qua dicit Caym. Major est ini-
 quitas mea, quam ut veniam merear, quod indecens
 est. Vbi enim abundauit delictum, plerumque super-
 abundant & gratia. Et quid tam graue committitur,
 quod non Christi morte soluat? Merito igitur in
 Christo spes mihi valida est, qui sanat omnes languo-
 res meos, qui redimit de interitu vitam meam, qui
 coronat me in misericordia & miserationibus. Tam
 liberaliter nanque dominus omnem donat iniuriæ,
 vt iam nec damnet vel ciscendo, nec confundat im-

Prou. 28.

2. Cor. 3.

Osee 13.

1. Tim. 6.

Gen. 4.

Rom. 5.

properando, nec minus diligit imputando. Pulcer-
 rum insuper affectandæ verità, & conuerſionis
 exemplum prærogatum est, quod tam citò latroni
 peccata relaxat, & vberior gratia quam precatio:
 Semper enim plus tribuit Deus, quam quis preca-
 tur. Nemo igitur desperet. Iudam proditorem non
 tam scelus, quod commisit, quam indulgentia despe-
 catio fecit penitus interire. Aduersatur quoque spei
 tentationum multitudo: sed econtra mulcipatio-
 ne tentationum lignum est liberationis, sicut dicitur.

Qui diligit filium suum, instanter erudit: & de

Israël quoque ha sunt gentes, quas reliquit dominus,

vt erudiret Israël. Vita enim nostra in hac peregrina-
 tione non potest esse sine peccato: ideo nec absque

tentatione. Profectus noster per temptationes fit. Nec

sibi innotescit quisque qualis sit, nisi tentatus: nec po-

test coronari, nisi vicerit: nec potest vincere, nisi cer-

tauerit: nec potest certare, nisi inimicum & tentatio-

nes habuerit. Ad magnam igitur virulitatem nostram

exercitatio tentationum nobis impensa est: vt non

superbia fanctitas, dum tentatur infirmitas, non te-

pescat virtus: non desit profectus, non diminuat meri-

ritum, non amittatur gloria corona. Spei insuper

contrarius est frequens casus, & peccati recidivatio.

Sed considerandum est, quod frequens casus humili-

tatem generat, humiliat strumphum. Quis sine peccato

exitit? quis in seculo enormius Paulo peccauit? quis in religione grauius Petrus: illi tamen per paenitentiam & bonam spem meruerunt, allequi non solum ministerium, sed & magisterium, sanctitatis. Quid

meruit Publicanus, qui repente de templo absolitus

exiuit? Merito quippe etiam post peccatum valde

sperandum est. Fit enim plerumque gratior Deo amo-

re ardens vita post culpam, quam securitate torpens

innocentia: quia qui gaudet in bonis gratia & venie-

quam inuenit & recordatur mala, quæ eaufit, diffici-

reedit ad malum. Memoratæ quoque virtutis poti-

sum aduersatur nimia tristitia: de qua dicitur. Mc-

x. ore animi deicitur spiritus. Nunquam ergo triste-

tur, qui de spe gaudente desiderat. Felix enim qui non

habuit animi tristitiam: nec excidit a spe sua. Opor-

ter nos semper de Dei miseratione confidere: & de

nostra infirmitate formidare, non tamen funditus

obruat spem metus. Eo nanque fit damnabilior, quo

à soliditate spei animus fit longior. Semper nanque

oporet misericordiam & iudicium domino cantare, si volumus securé de virtute spei gaudere.

Quomodo tripliciter, scilicet in Deo, in beneficijs Dei,

& in sanctorum suffragijs debet se exercere mens;

que virtutem spei naturæ desiderat: atque de per-

ficiōne eiusdem.

C A P. V.



Iusti cunctis patet, non datur in aliquo qua-
 licunque negotio pertingere ad finem si-
 ne medio, ita nec ad consummationem
 virtutis. Quapropter vt omnibus detur
 forma proficiendi, in hoc capitulo, quod præ manu-
 bus est, aperiatur sicut, quæ iuvant virtutem spei, &
 quibus considerationibus ipsa virtus nutritur & per-
 ficiatur. Sunt nanque multa, quæ si considerentur,
 vehementer exultatione spei replent animam. Qua-
 rum considerationum prima & potissima est, cum
 rationalis creatura intuitum suum dirigit in Deum
 mul-